



Handwritten text, possibly a signature or date, in cursive script.



2. D. B. V.

Explicitum & Implicitum,

Raræ

# JUVENTUTIS

Præconium,

Quod,

# BODELIANO-DOERIN- GIANIS,

Tædis,

Anno 1709. d. 5. Novembr.

Feliciter ardentibus,

In honorem:

**Nobilissimi Domini Sponsi,**

Castissimæque Sponsæ Virginis,

Lubenti animo perfringerej

voluit,

*Devotus Amicus:*

**PETRUS PAULUS FEKNO,**



Scholæ Torg. Con-R.



**TORGAE,**

Typis JOHANN. ZACHAR. HEMPEL

Mec



## I. N. J.



Ratulo hicce Tibi, promtus, lectissime Sponse  
Es celebri, Torgæ, qvi GENITORE iatus.  
Gratulor his, inquam, de tædis igne Sonoris,  
Qvas jam succendit, Numinis alma manus.  
Hic sed quid profunt: gratantis verba caduca,  
Deberent potius, dona corusca sequi.  
Sic est: quid vero præstare valebit Amiclas,  
In casu tali? dicat Apollo sagax.  
Quicquid sit, subeant tantum chartacea puncta,  
Pro donis nitidis, quæ dare China solet.  
Præbeat his alas celeres laudanda iuventus,  
Ut volitent melius, quo volitare volunt.  
Pulchrius hanc aliquid nunquam decorabit in orbe,  
Quam virtus, tollens semper ad astra suos.  
Parvus Alexander quondam bene talia novit,  
Annos vix paucos, cum numeraret ovans;  
Hinc modo virtuti conamina cuncta litavit;  
Quod rarum iuveni, ceu documenta probant.  
Quid mirum? quod prælustrem, magnumque futurum,  
Tempore jam dicto, quisque putaret eum.  
Si sic: dignus erat, nil pubesistente tenella,  
Maturè proavi sceptrâ tenere manu.  
Cæsaris huic minimè cessit, mihi crede, iuventus;  
Rerum gestarum, quod monumenta probant.  
Ut taceam plures, quorum, diadema coruscum,  
Frons non indigne, pube virente tulit.

Nec

Nec pariter spernenda Ducum, matura juvenus  
 Imperio, quales Slesia forte dedit:  
 Hoc urbs Briga, memor damnit, restabitur omni  
 Tempore, deplorans tristitia fata Ducis.  
 Fascibus hunc dignata fuit veneranda Vienna,  
 Annos dum fuerat, sex satius atque decem.  
 Non anni quinquam, verum prudentia reddit  
 Aptum, mature munus obire suum.  
 Ut nobis liceat magnis conferre minores,  
 Quos aptos virtus, munus ad omne facit:  
 Etsi non numerent annos, barbamque Giphani  
 Ostentent; posset sic caper esse Plato,  
 Prodeat in medium Posselius ille decennis,  
 Infima linqvendo, pulpita summa petens.  
 Annos post binos, ternos, simul atque quaternos,  
 Fungi Doctoris munere, rite valens,  
 Prodeat in medium subito, cum pluribus, inquam,  
 Portentum juvenum, Scaliger arte vigens.  
 Prodeat in medium Taubmannus, jure Poeta  
 Dictus, qui juvenis laurea ferta tulit.  
 Sed mittam plures, (quorum virtute juvenus,  
 Egregie passim, claruit orbe,) viros,  
 Non anni pylii verum prudentia, reddit  
 Aptum, mature munus obire suum.  
 Qui vero dignus concessio munere fungi,  
 Etsi sit juvenis, foemina virque vigens:  
 Cur habilis non sit, quæso, dignusque modestè  
 Pangere mature, foedera sancta tori.  
 Vis latet in vegeta, præstans, mihi crede, juvena;  
 Conjugio peropus robore, nemo negat.  
 Arbor, quò citius, juvenis, plantatur in hortis  
 Radices citius, pandere rite valet.  
 Quid: quod & hæc soleat, permultos atque suaves,  
 Cultoti fructus, tempore ferre suo.  
 At plantata senex, flaccescit, ceu docet usus  
 Rerum, radices pandere namque nequit.  
 Cur mea Musa, canat sterilis, jam talia raptim.  
 Judicio pollens cernere quisque potest.  
 Cur præscam laudem, claram virtute juvenam;  
 Judicio pollens dicere quisque potest.

In

In faciem nullus decorandus, laude molesta,  
Huic etenim laudi, crimen inesse solet.  
Comprendet cumprimis, SPONSUS amabilis ipse,  
Quid calamo stringat, jam mea Musa tuo.  
Hoc ego vaticinor, quondam dux ejus, in arte,  
Ejus quam coluit, prima juvena satis.  
Vota fluant jam, pauca quidem sed pectore fusa:  
Prospera conjugii sint nova vincula tori!  
Anni Nestorei numerentur, labe carentes!  
Penelope maneat, SPONSA venusta, precor!  
Amphinomi procedant, Chara Parentibus illa  
Pignora, quæ tandem, gaudia mille ferant!  
Suscipe DOERINGI, Fautor, lectissime SPONSE,  
Pectore quæ puro, jam mea Musa vovet!



AB 180007

ULB Halle 3  
002 378 078



5b.

VD 77







Q. D. B. V.

Explicitum & Implicitum,

Raræ

# IUVENTUTIS

Præconium,

Qvod,

## NO-DOERIN- ANIS,

Tædis,

p. d. s. Novembr.

er ardentibus,

honorem:

### Domini Sponsi,

ve Sponsæ Virginis,


nimo perfringere)

voluit,

*unctus Amicus:*

### AULUS FEKNO,

: Torg. Con-R.



### ORGÆ,

IN. ZACHAR. HEMPI.

